Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus de decem praeceptis - Cod. Aug. pap. 51

Henricus <de Frimaria>

[Reichenau], [14. Jahrh.]

Octavum praeceptum

urn:nbn:de:bsz:31-87058

Visual Library

Quinto quod non potest agere contra ven
ditorem de precio soluto obstat enim
sibi turpitudo sua nisi de hoc ex-
presse sibi caverit ff. q. v. hoc
ius Sexto quod potest pro expensis
voluntariis C. de inf. utilibus
exagi Si autem emit bona fide
puta si probabiliter credidit rem esse
iustam Sic bona fides quatuor
sibi confert primo quod non tenetur
rem restituere durante bona
consciencia sed si sciverit postea rem
esse furtivam tenetur eam restitu
ere et eius fructus extantes Sed
fructus consumptos restituere
non tenetur Sed quod potest rem
alienare et vendere durante
bona fide Sed si aliquid lucrum
ex hac vendicione sibi consequitur illud
debet restituere domino postea
venienti ff. de condicione inde
biti hoc naturale Tercio quod rem
non tenetur restituere in casu for
tuito durante bona fide Si enim
res in eius potestate periit absque culpa sua
in nullo tenetur domino respondere
Quarto quod post restitucionem
rei potest agere contra venditorem
de precio quod dedit dum tamen rem re
stituerit per iudicium Unde cautum
est in talibus quod emptor dicat domino
rei quod ipsum trahat ad iudicium
Et postquam emptor victus fuerit
denunciet venditori quod veniat
et deffendat rem venditam et
si res tunc ab eo evincitur venditor
tenetur de evictione nisi emptor fu
isset absens per contumaciam
tempore sentencie dande vel nisi per manum

iam iudicis sentencia lata fuisset ff. de
empcione C. evincitur Si autem extra
iudicium restituat tunc venditor
nichilominus tenetur sibi restituere
precium in foro penitenciali licet per iudicium
forum ad hoc cogi non possit Sed hoc
verum est quando raptor rem abstulit in
iuste puta in bello quod sciebat esse
iniustum Sed si scit bellum iustum
fuisse tunc non tenetur restituere rem
emptam Si autem probabiliter credit
iustum bellum fuisse puta quod vicini
vel eius sapientes hoc dicunt tunc
similiter bona fides sibi confert quatuor
supradicta Sed si postea sciverit bellum
iniustum fuisse tunc debet restituere
rem et fructus extantes non autem
consumptos Est autem una regula
nota in omnibus supradictis nove partis
Quicumque fuit causa tocius spo
lii vel alterius dampni talis tenetur
in solidum alius non tenetur nisi de parte
percepta Sed si res illa vendita fuit
tunc non tantum tenetur solvere precium pro re
ipsa dumtaxat sed debet solvere iustum
precium rei unus tamen totum solvente omnes
socii liberantur et si quilibet fuisset
in solidum obligatus et ille cui facta
est solucio debet cedere accioni ei
qui solvit ff. de eo quod Si plures
Ex predictis ergo patet qualiter sit con
fitendum de transgressione illius
septimi precepti

Octavum preceptum intende
diligenter et perfice viriliter
ne alius accipiat coronam tuam
quam perficientibus largitur dominus coronam

Octauū p̄ceptū est Non falsū testi
moniū dices Vbi s[ecundu]m Aug[ustinu]m p[ro]hibet̄
omne nocumentū quo quis p[ro]ximū
ous ledit p[ro]ximū In s[e]c[un]do aūte p̄cep[to]
p[ro]hibet̄ mendaciū falsitas respectu
dei p[ro]ut cadit in ip[s]o p[er]iurio Ad cui[us]
maiorē euidenciam est sciendū q[uod]
q[uod] s[e]c[un]d[u]m augustinū hic nō solū p[ro]hibe
tur mendaciū sed [et]iam omne ous nocu
mentū q[uod] mendaciū ē s[ecundu]m augustinū
nō solū [com]mittit̄ in verbis falsis ve
rū [et]iam in op[er]ib[us] simulatis q[uia] s[ecundu]m aug[ustinu]m
Mendaciū est [con]trariū se dīe [et] a[liu]m
xp̄i nō facere v[er]bo [et]c xxij q. v.
Circa istud p[ri]mo est ostendendum
quo fiat ip[s]i[us] mendacii transgressio
in verbis mendosis S[e]c[un]do quō fiat
eius transgressio in verbis p[er]iurio
nociuis Tercio quō fiat eius trans
gressio in op[er]ib[us] simulatis Et p[ri]m[o]
ista t[ri]a p̄ceptū istud h[abe]t triplicē
intellectū vt videbit̄ in p[ro]cessu
Propter p[ri]mū est sciendū quod in
verbis mendosis istud p̄ceptū trās
grediunt̄ noue genera hominum
quorū t[ri]a offendunt in menda
cio p[er]nicioso t[ri]a in offoso [et] t[ri]a
in iocoso vt patet Nam circa
mendaciū p[er]niciosū p[ri]mo offē
dunt illi qui menciunt̄ contra
fidei veritatē vt qui dicit xp̄m
nō esse natū ex maria virgine
et h[uiusmod]i S[e]c[un]do circa hoc offendunt
illi qui p[er] mendaciū ledunt p[ro]xi
m[um] i[n] famam et honorē sicut est
mendaciū false detraccionis vel
falsi testis in c[aus]a criminali ad

cuius maiorē euidenciā est sciendū
q[uod] omne mendaciū q[uod] in iudicio dicit̄
de hijs que ad iudiciū p[er]tinent p[re]ter
iocosū est p[er]niciosū et mortale p[eccatu]m
q[uia] subuertit veritatē iudicij q[uod]
cedit in p[re]iudiciū tocius [com]unitatis
Ex quo pat[et] q[uod] si iudex testis seu
reus siue actor vel procurator in
iudicio falsū dicunt iudex quidē
falsam sniām p[ro]ferendo procurator
vero falsam c[aus]am defendendo
Istud p̄ceptū transgrediunt̄ et
mortal[ite]r peccant et tam iudex
quā testis et [etiam] aduocat[us] tenent̄
ad inter esse illi qui iniuriam
passus est Primo s[ecundu]m iura falsus
testis infamis efficit̄ vt patet
iij q. v. Constituim[us] Et hoc est
verū si sniā lata sit [contra] eum
aliās nō vt dicit Jo. ibidem
Sciendū [etiam] q[uod] testis mortaliter
peccat nō solū menciendo et
veritatē negando sed [etiam] veritatē
occultando Ex. de crimine falsi
c. i. vbi dicitur Vt[er]q[ue] reus est
et qui veritatē occultat et qui
mendaciū dicit Quod intellig[itur]
de teste in iudicio requisito vt
dicit Joh[ann]es xi q. iij. Quisq[ui]s etc
Tercio circa idem offendunt
illi qui p[er] mendaciū ledunt p[ro]xi[mum]
in rebus exteriorib[us] sicut illi q[ui]
falsa deferūt aliquē iudici vel
tyranno vel falsum testimonium qui
[contra] aliquē in c[aus]a p[er]hibent vnde
proueniunt ex quib[us] dampnificatur
p[ro]xim[us] S[e]c[un]do circa mendaciū offi
ciosum illi qui ex quadam pietate

menciunt pro conservanda vita
proximi ut si quis videat hominem
queri ad mortem dicat se non vidisse
eum. Secundo circa hoc offendunt
illi qui menciunt pro servanda
hominis continencia ut si virgo
volenti eam deflorare menciatur
se esse coniugatam. Tercio circa
hoc offendunt illi qui menciunt
pro hominis conservanda exteriori substancia
ut si quis videns predonem velle aliquem
spoliare dicat predoni sibi quod non
portat pecuniam. Circa menda-
cium iocosum primo offendunt illi
qui menciunt pro relevando me-
rore et tedio sicut illi qui aliqua
ludicra fingunt ut hominem mela-
colicum exhilarent. Secundo circa
illud offendunt illi qui menciunt
pro aliorum solacio sicut illi qui ex
cupiditate aliis complacendi fingunt
aliquam iocosam mendacia ut eos ad
risum provocent. Tercio circa illud
offendunt illi qui menciunt ex ad-
ulacione iocosa sicut illi qui falso
commendant hominem ut ex hoc
magis placeant. Unde ad maiorem
evidenciam peccatorum tria sunt per
ordinem inquirenda. Primum est que
et quot sint genera mendaciorum
et quod eorum sit mortale et quod venia-
le. Secundum est utrum propter liberaci-
onem hominis a quocumque periculo sit dicendum
mendacium officiosum quod est veniale.
Tercium est quod antiqui patres puta
Abraham et Iacob qui videntur
esse mentiti a mendacio excusentur.
Ad primum dicendum quod Aug. in libro de

mendacio distinguit octo genera
mendaciorum que tamen omnia comprehen-
duntur sub una distinccione magistri
que ponitur xxii q. v. que talis est.
Nam mendaciorum aliud est pernicio-
sum sive malignitatis aliud officio-
sum quod est pietatis. Sub mendacio autem
pernicioso comprehenduntur tria prima genera
mendaciorum et illa semper sunt mortalia
quod patet quia primum directe contrariatur
dileccioni dei. Secundum autem et tercium con-
trariantur dileccioni proximi ut patet
ex supradictis. Sub secundo autem scilicet iocoso
continentur alia duo puta quartum et
quintum mendacium que de genere suo
sunt venialia licet ex circumstancia
aggravante quandoque possint fieri mor-
talia ut si quis libidinem menciendi
sibi finem constituunt vel ipsi. Sub tercio
scilicet officioso continentur sextum septimum et
octavum. Quod licet per se semper sit
veniale perfectis tamen qui renunciave-
runt pompis seculi secundum Iohannem efficitur
mortale. Cui videtur concordare ma-
gister sentenciarum dicens. Illud men-
dacium quod fit pro commodo alterius
perfectis dicitur esse dampnabile. Et
idem dicit de mendacio iocoso. Sed
istud non est verum per se loquendo
secundum sentenciam theologorum quod nec perfeccio
status nec veritas actus mutant
speciem peccati. Unde illud quod est veniale
in laico non potest esse mortale in cle-
rico vel religioso per se loquendo
nisi forte propter scandalum quod menda-
cio interdum annectitur. mendacio e

aliis no facit ipse pecm mortale licet
ad hoc disponat Et sic pt intelligi dcm
magistri q mendaciu iocosu vel officiosum
est dampnabile pfcis no quide pecm
q causet pecm mortale sed solu dispo
sitive q ueniale ad mortale disponit
Aliqui dicunt q pter liberacionem
hois a quocuq piculo no est dicendu
mendaciu officiosu q sicut aug Non
sunt facienda mala ut eveniant que
cuq bona Constat aute q omne me
daciu cu sit malu sicut se nuq potest
a pecto excusari et ideo mentes pfcoru
tanto amore debent in veritate fun
dari q nuq vel leviter menciant
p quocuq piculo evitando Nam sicut
aug In hoc casu no est menciendu
sed veritas prudenter celari potest
sub certa verboru dissimulacione
ut docet aug in li de vera religioe
et in quoibus sup gen Ubi dicitur q
abraha uxore sua asseruit esse
sorore eius veritatem prudenter
celare voluit no mentiri Soror eni
eius dici poterat q filia fris erat
ut ipsemet abraha dicit Gen xx
Abraham vider aug inlibro contra
mendaciu ut ipse dicit Intelligendu
est scos patres illa verba dixisse no
intencione fallendi sed figuraliter
et pphetice Nam abraha excusatur
qn dixit se reversuru cu puero
vel q pphetice hoc dixit vel q fir
miter hoc credidit q deus eu in
momento resuscitaret sciens pro
missione divina no posse cassari q

sibi dcm est in ysaac vocabitur tibi
semen ut patz xxij q ij c abraha
Jacob a dicendo se primogenitu no est
mentit q no dicit se primogenitu
iure nativitatis sed iure empcionis
et legittie comutacois Filii a xpo
dixit Johem esse heliam no psona
veritate sed virtutis imitacione
ut patz xxij q ij Propter primu
est sciendu q in verbis proximo no
cius offendunt xij genera hoim
Quoru primi sex ledunt firmam fide
litate alia sex ledunt firmam cari
tate q patz Nam primi sunt qui
offendunt proximu deridendo et
subsannando quod vereri debet illud
Subsannantes subsannabit deridentes
deridebit Secundi sunt qui bona dca
vel fca proximi conantur diminuere
et ea p iudicium temerarium pver
tere q est magnu pecm q p hoc
homo sibi usurpat divinu honore
divina sapientiam et divina iusticia
q rome pdcoru soli deo convenit
q sit arbiter et cognitor secretoru
q isti temerario iudicio sibi usur
pant Tercij sunt qui falsa pdicacione
quasi sub spe amoris proximu laudan
der tradunt Et isti sunt similes
iude qui p osculu sub spe amoris
xpm familiariter pdidit Quarti
sunt qui pinvidiam et odiosam de
tractione fama proximi denigrant
Et hec detractio sit pecm cris
pter excessu in criminis istis

pccis oris no omiunt que sunt numero
xxij. Sed sub homicidio reponunt ut
supius visum est. Cuius ro est. Quia
sicut vipa vno flatu tres homines
inficit et occidit Ita tria homicidia
spualia in vno detraccoe omittunt
qr detractor se ipm et audiente
et eu cui detrahit vt frequenter
in mente audiencium spualiter occid.
Quinti sunt qui proximum conuiciis
et impperiis pturbant et isti
spualiter in faciem xpi spuunt et
sputis verborum suorum amabilem
eius faciem inficiunt. Sexti sunt
qui pluiare vel arrogancia eorum
pximum indebite repphendunt.
Alii autem sunt qui inpugnant fra
ternam karitatem. Quorum primi sunt
qui pximum verbis duplicibus et
furtiuis decipiunt pferendo amore
in facie sed gerendo liuore i corde
de quibus dicit pphā labia dolosa in
corde et corde locuti sunt. Dolosus
enim cor mellicum gerit in ore sed
cor felleum abscondit in mente. Scdi
sunt qui pximum verbis rixosis ad
iracundiam puocant. Que vel alia
tria mala causant in homine pri
mum est qr pax cordis p verba rixo
sa tollitur et fratna dileccio minoratur.
Scdm est qr tales rixosi consue
uerunt esse mente obstinati qui
nec ab aliis doctoribus volunt di
rigi nec p suis defectibus repphēdi.
Tercium est qr isti pmentis obsti
nacione magis in suis defectibus
inficiuntur et plus ceteris pccōrum nexibus
constringuntur qr ostendit pphā de
mente obstinata loquens fiat ei
ei sicut vestimentum quo opitur et sic
zona qua semp pcingitur. In quo euiden
ter ostenditur qr tales obstinati et pec
candi consuetudine et pccōrum nexibus
plus ceteris constringuntur. Tercii sunt qui
verbis peruersis et lasciuiis pximum
scandalizant et mentis integritatem
corrumpunt. Quod quantum sit pceptum
dixit dns. Math. Vbi dicet oculum dextrum
manum et pedem eruendos et abscidendos
dos pter scandalum euitandum. Nam
pro oculum dextrum intelligitur ille qui nos
in actibus spualibus dirigit. p manum
intelligitur ille qui nobis in vita necessaria
intendit. Per pedem vero ille qui actus
nostros exteriores disponit. Et
quilibet istorum quantumcumque sit nobis
necius ipsius tamen amor est pter
scandalum abscidendus. Quarti sunt
qui discordiam inter homines semi
nantes. Et pccm inter omnia alia
deus maxime detestatur sicut pp oppositum
in cordi karitate et cordium
vnitate maxime delectatur. Vnde
isti venerunt plus xpm pturbant quam
ille qui lancea latus eius apperuit
et eciam qui ipm cruci clauis affixit.
Cuius ro est qr tales eius sanguinem
euacuant p quem omnia pacificauit
sunt que in celis sunt que in terris vt
scribitur. Quinti sunt qui malis consiliis
hominem ad peccandum inducunt. Sexti
sunt qui salubre consilium et ceterā

pietatis opera proximo subtrahunt sicut
non corripere delinquentes non docere [illegible]
non instruere ignorantes et huiusmodi.
Propter tercium est sciendum quod in sacra
simulans offenditur xii generibus hominum.
Quorum quartum genus offenditur sub specie
false bonitatis et quartum sub specie false
veritatis et quartum sub specie false iusticie
et equitatis. Circa primum est notandum
primo offenduntur indigne communican-
tes. Nam tales deo iniuriam faciunt
maiorem quam iudas qui ipsum prodidit
quam pater. Nam castrum dei mentis scilicet
puritatem in qua deus maxime delec-
tatur hostibus tradunt et ipsum deum de
cordis hospicio turpiter eiciunt
propter quod tales per sumptionem sacramenti
nec in gratia nec in virtutibus fecundantur
sed in peccatis potius obdurantur. Quod
figuratum est in manna celesti quod
liquefiebat ad solem et durescebat
ad ignem in quo designatur quod mens
que cum devocione et puritate ad sacra-
mentum accedit in donis et graciis
fecundatur que vero cum cupiditate
et ardore concupiscentie sumit in peccatis
per subtractionem gratie obduratur.
Secundo circa hoc offenduntur indevote
orantes quos ysaias reprehendit
cum dicit populus hic labiis me ho-
norat cor autem eorum longe est a me.
Unde tales se ipsos effectu orationis se pri-
vant quia orationem tepidi cordis abho-
minatur. Apocalypsis 3. Utinam frigidus
esses scilicet per omnis concupiscentie repressionem
aut calidus scilicet per caritatis inflamma-
cionem sed quia tepidus es incipiam
te evomere ex ore meo. Tercio
circa hoc offendunt nimis sibi ipsis
in bonis actibus complacentes. Et
tales utique submergunt naufra-
gio proprie complacencie et cum hoc
deo propinant non vinum conditum cum
sponsa in cantico sed vinum mirratum
et felleum cum iudeis. Quarto circa
hoc offendunt qui laudem humanam
vel utilitatem propriam in bonis actibus
expetunt qui omnes actus virtutum
miserabiliter corrumpunt quia nullus
actus est adeo virtuosus quin
in vicium degeneretur si in ipso vel
complacencia propria vel laus humana
seu temporalis commoditas intendatur.
Et ipsi talem contumeliam deo faciunt
quia arborem bone voluntatis per
divinam gratiam in homine planta-
tam violenter evellunt et in ortum
dyaboli reponunt. Circa secundum
modum sub specie scilicet false veritatis
primo offendunt illi qui ex humano
timore retrahuntur a libera men-
tis confessione propter quem modum
et ipsi discipuli Christi qui essent per
gratiam spiritus sancti confirmati a Christo
fugerunt ubi beata virgo sola
immobilis perstitit. Unde dicitur
[illegible] Quod mea sola fides ecce
per illud triduum inconcussa perman-
sit cum alii discipuli in fide lapsi
essent. Et per hoc hanc prerogativam promeruit quod sicut eius

Iussio Consilium Consensus palpo Recursus Mutus
participans Non obstans Non manifestans

filius est tocius nature humane
reparator ita ipsa a tota natura fe
minea triplicem defectum exclusit
et eam in triplici perfectione singu
lari super omnes viros ineffabiliter
sublimavit quod patet Nam natura
feminea est fragilis ad resistendum
mollis ad perseverandum et parvi iu
dicii ad consulendum Ideo vulgo
dicitur quod femina cito consulit
sed raro melius eligit Hunc autem
triplicem effectum beata virgo a natura
feminea abstulit cum eam super
virilem perfectionem discipulorum christi
singulariter sublimavit quod patet
Nam in tollerancia passionis et
in constancia fidei et dileccionis et
in perspicacia iudicii et eleccionis
ipsos discipulos a christo electos in
comparabiliter excessit quod patet ex
hoc Cum discipulis pre timore
mortis fugientibus et in fide vacil
lantibus ipsa inconcussa per
stetit et in omni casu semper melius
elegit Quod evidenter patet ex
hoc Quod saluti humani generis
passionem sui filii pre elegit magis
volens ipsum acerbissimam mortem
pati quam genus humanum non re
dimi Secundo circa hoc offendunt
qui sub specie zeli virtuosi alios
acriter reprehendunt cum tamen hoc
multociens magis ex odio et
livore quam ex caritate faciunt

procedere videtur Tercio circa hoc of
fendunt qui ex amore private excessus
aliquorum excusant vel attenuant
Aliorum vero excessus quamquam magis
aggravant quam oportet Quarto circa
hoc offendunt qui simulate et ficte
proximorum prosperitatibus congaudent
vel ficte ipsis in adversitatibus condo
lent Que in fictione dolosi abhominabi
liter detestatur Circa tercium modum
sub specie videlicet simulate iusticie primo
offendunt illi qui iusticiam vendunt
sicut multi iudices et multi advocati
qui nolunt facere vel ad defensionem
iusticiam nisi pro emolimento terreno
Secundo circa hoc offendunt illi qui
iusticiam depravant sicut multus
iudex qui ex odio private non ex amore
iusticie reum condempnat qui utique
ex hoc reatum homicidii incurrit
Vel multus advocatus qui sciens
malam causam suscipit defendendam qui
tenetur ad interesse illi cause quem
advocat Tercio circa hoc offendunt
qui malis consiliis et iniquis statu
tis proximos ledunt et tales mor
taliter peccant et tenentur ad re
stitucionem illis qui per talia statuta
dampnificantur Nec talia statuta
merentur nomen legis sed magis
iniuriose machinacionis Lex enim
secundum ysidorum dicitur esse talis quod
communi bono proficiat et unicuique
suum ius conservet Aliter non dicetur

lex sed pocius corruptela. In hoc eciam precepto incidunt qui religiosis et Christi pauperibus detrahunt vel alios ab eorum beneficiis avertunt dicentes ipsos aliorum elemosinis non indigere cum magnas structuras faciant. Qui non considerant cum quanta penuria et parcitate victus et vestitus hoc faciunt et quam sincero affectu dei honorem querunt talium deo famulancium in talibus intendunt. Quarto circa hoc offendunt qui contra libertatem ecclesiasticam aliqua edicta seu decreta statuunt. Et hoc fit tribus modis. Nam privilegium libertatis ecclesiastice consistit in tribus. Primum est quod clericus verberari non possit. Unde qui hoc fecerit vel qui fieri mandaverit vel cum faciente, cum posset, non prohibuerit excommunicatus est ipso iure. Secundum quod clericus ad iudicium civile trahi non possit. Tercium quod clerici exaccionibus publicis non sint obligati. Unde si quis statueret quod clerici possent conveniri in iudicio civili vel prohiberet directe vel indirecte quod clericus causam in foro ecclesiastico prosequi non posset vel quod deberent dare exacciones vel tenere vigiles pro custodia civitatis talis ipso facto sentenciam canonis incideret. Ex. de sen. ex. Gravem. Ex predictis patet qualiter quis de transgressione istius precepti debeat confiteri.

Nonum preceptum lege diligenter

Nonum preceptum est: Non concupisces rem proximi tui. Ubi licet explicite solum prohibeatur concupiscencia oculorum tamen aliena implicite tamen hic prohibetur universaliter omnis concupiscencia sive cupiditas male voluntatis respectu rei aliene. Nam superius in septimo precepto prohibuit cupiditatem operis, hic autem prohibet cupiditatem cordis. Et est notandum quod hic non prohibetur concupiscencia que innascitur ex corrupcione fomitis vel ex delectacione sensualitatis quia impossibile est quod iste concupiscencie non sint in nobis propter naturam fomitis corruptam. Sed hic prohibetur concupiscencia et appetitus qui innascitur ex consensu racionis. Et hoc preceptum sic licet simpliciter exponere. Primum est: Non concupisces rem proximi tui, eam scilicet per avariciam appetendo seu eciam per iniusticiam obtinendo. Secundum cum deliberacione intellectum sciendum est quod res aliena potest concupisci in triplici gradu. Quidam enim concupiscunt quidem aliena sed scientes quod non possunt obtinere ideo concupita non prosequuntur concupiscenciam. Sicut scirent se posse consequi concupita forcissime convenirent ad prosequendum concupiscenciam in effectu. Et isti taliter concupiscendo mortaliter peccant. Et hoc in primo gradu concupiscencie mortalis. Secundo quidam sunt qui aliena concupiscunt et cum conatu exteriori quod laborant pro tali re aliene obtinenda. Qui quamvis eam non obtineant mortaliter tamen peccant. Et iste est secundus gradus concupiscencie qui apparet in fure et latrone pro furto et rapina labo